

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Desperacio i
cum fonte primo

Perpetrare flagicium aliquod mors est anime,

sed desperare est in infernum descendere.

Ysidorus ibidem (de summo bono libro II.).

Perpetrare flagitium aliquod mors animae est;
contemnere paenitentiam et permanere
in culpam descendere in infernum
post mortem est.

Ergo peccare ad mortem pertinet,
desperare uero in infernum descendere.

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 2.14.2
(CCSL 111, P. Cazier ed., p.124, ll.6-9).